

D U B I U M V.

An Angeli cognoverint existentiam incarnationis.

S. I.

De Cognitione Naturali.

I. Dico primo. Angeli, siue boni, siue defectores non habuerunt, nec potuerunt habere virtus nature cognitionis existentie incarnationis seu, non potuerunt cognoscere, Jesum Nazarenum esse hominem Deum. Probatur eisdem rationibus, quibus supra ostendimus, nullum intellectum creatum, neque Angelicum, posse virtus nature cognoscere incarnationis possibilitatem. Nam sicut possibilitas incarnationis cum nulla causa, aut effectu nature connexionem habet; ita neque incarnationis existentia, cuius causa, & effectus sunt omnino supernaturales. Unde sic dicitur, Quod non potest cognosci, ut possibile, nec potest cognosci, ut existens; quia cognitio existentia alicujus rei supponit cognitionem possibilitatis ejus: sed incarnatio ratione naturali a nulla mente creata cognosci potest, ut possibile; ergo neque cognosci potest, ut existens.

Uterius: Ut cognoscatur vi naturali existentia incarnationis, debet etiam vi naturali cognosci secunda Persona SS. Trinitatis, quae est incarnata: & consequenter Trinitas, saltem quoad an esse: sed hoc cognosci non posse in Tractu de Trinitate ostensum est: ergo &c.

II. Dico primo. Angelus lumine naturali cognoscebat evidentem, humanitatem Christi subsistere, & non subsistere propria subsistentia; atqui cognoscebat, eum non posse subsistere subsistentia aliena creata, quia hoc est impossibile; ergo cognoscebat, eam subsistere subsistentia aliena divina. Conf. prob. Quia Angelus scilicet evidenter, humanitatem Christi subsistere non posse, nisi per subsistentiam creatam propriam, vel alienam, vel per incretam; sed evidenter cognoscebat, eam non subsistere subsistentia creata, siue propria, siue aliena; ergo evidenter cognoscebat, eam subsistere subsistentia creata.

III. Respondeo, neg. absolute maj. Nam quamvis Angelus non videret in Christi humanitate subsistentiam propriam: non potest proinde dici, eum cognovisse evidentem, eam non subsistere propria subsistentia; & minus subsistere subsistentia divina. Sed dicendum, quod Angelus non videns in Christi humanitate propriam subsistentiam, & ex alia parte videns eam operantem (quod est proprium subsistentiam) prudenter crederet dubitare, an Deus subsistentiam propriam humanitatis illi occulteret: unde incertus, quid factum esset, manserit suspensus; non autem conclusit, eam divina subsistentia subsistere. Quia abunde probatum est, Angelum solo lumine naturali nec suspicari posse, possibilem esse unionem divine subsistentiae cum natura creata.

IV. Dies secundo. Angelus etiam malus perfiditatem sui intellectus cognoscit omnia, quae corporaliter sunt: ergo cognovit, Jesum fuisse conceptum, & natum de matre, ab una viri copula, & consequenter de matre non corrupta; sed ad huc Virginis; ergo potest cognoscere, fuisse conceptum opera Spiritus Sancti.

V. Respondeo, S. Thomas 2. 2. p. 9. ar. 1. ad 3. neg. conf. Nam, Sicut Augustinus dicit, in 3. de Trinitate, C. 7. & 8. Diabolus multa potest virtute sua natura, a quibus non prohibetur virtute divina. Et hoc modo potest dici, quod virtute natura sua Diabolus cognoscere poterat, Matrem Dei non fuisse corruptam, sed Virginem; prohibebatur tamen a Deo cognoscere modum parus divini. Unde ait S. Ignatius Martyr (apud Sanctum Hieronymum in Math. cap. 1.) hoc de causa fuisse Mariam desponsatam Joseph, ut scilicet: Partus ejus coloratus Diabolo, dum eum parat, non de Virgine, sed de uxore generatum. Hac etiam de causa dicendum est, fuisse Diabolo celata omnia signa, etiam sensibilia, indicantia Jesu divinitatem, quae acciderunt in ejus, tum conceptione, tum nativitate, & infantia. Unde pergit Sanctus Thomas: Quod autem postmodum eum aliquoties cognovit Diabolus, esse Filium Dei, non obstat: quia iam tempus erat, ut Christus suam virtutem, contra Diabolum ostenderet, & persecutionem ab eo concepitam pareretur. Sed in infantia prorebas impetui malitiam Diaboli, ne eum acriter persequeretur; quando Christus nec pari dispossuerat, nec virtutem suam ostendere: sed in omnibus aliis infantibus, se similes exhibebat.

S. II.

De Cognitione per Revelationem.

VI. Angelis Sanctis revelatum fuisse, Mytherium incarnationis jam esse peractum, etiam ante Christi mortem, exploratum est. Hoc enim, etiam a principio, ex quo beatificati fuerunt, aliquo modo cognovisse, docet S. Thomas 1. 2. p. 9. ar. 1. ad 4. & 3. p. 9. ar. 1. ad 3. Cognoverunt etiam eo tempore, quo peractum est. Nam Lucas 2. Gabriel Angelus illud Mariæ nuntiavit, Luca 3. Angelus illud pastoribus nuntiavit eadem nocte, qua Christus natus est: Mattheo 4. Angelus Sancti Chadem ministravit. Dubium est de Angelis defectoribus: an cognoverint, ante Christi mortem, peractum esse in Jesu Mytherium incarnationis; seu, an Jesus fuerit Messias in lege promissus. Unde

VII. Dico. Angeli defectores, seu Demones, ante Christi

mortem, certo non cognoverunt, Jesum Nazarenum esse Filium Dei, sed manebant suspensi: ex una enim parte videbatur illis Angelus homo, cum in eo omnes infirmitates carnis viderent: ex alia suspicabantur etiam, eum esse Filium Dei, quia videbant in Christo opera virtutum puri hominis excedentia. Ita Sanctus Thomas, tum 1. 2. p. 9. ar. 1. ad 4. tum 2. 2. p. 9. ar. 1. ad 3. his verbis: Sicut Augustinus dicit in 9. de Civitate Dei (cap. 31.) Christus tantum innotuit Demonibus, quantum voluit; non per id, quod est vita æterna, sed per quaedam temporalia sua virtutis effectus: Ex quibus quamquam conjecturandi habent Christum esse Filium Dei. Sed quia visus in eo quidam signa humana infirmitatis videbant, non pro certo cognoscebant, eum esse Filium Dei: & ideo non tentarunt volucrum, ut hoc significaret, Mattheo 4. ubi dicitur, quod postquam elurrit, accessit Tentator ad eum, Quia, ut Hilarius dicit (super Mattheum, cap. 3.) Tentare Christum Diabolum non fuisse suffus, nisi in eo, per eruptionem infirmitatem, quæ sunt hominis recognosceret. Et hoc etiam patet ex ipso modo tenendi, cum dicit: Si Filius Dei es, Quod exponit Ambrosius dicit (in Luca 4.) Quid sibi vult talis sermo: ambrosius dicit: nisi quia cognoverat Dei Filium esse venturum, sed venisse, per hanc infirmitatem corporis, non putabat?

VIII. Dico primo. Ex Evangelio constat, Diabolum sepe vocasse Christum Filium Dei. Primo, Luca 4. v. 34. Quid nobis, & tibi, Jesu Nazarenus? Venisti perdere nos? Scio te, qui sis Sanctus Dei.

Secundo, Christus sepe Diabolum prohibuit, ne illum palam confiteretur. Mattheo 3. v. 11. Et spiritus immundus, cum illum videbat, prædicabat ei, & clamabat dicens: tu es Filius Dei. Et vehementer comminabatur ei; ut manifestare illum. Et Luca 4. v. 35. & 41. Exhibens autem a multis Deum in clamantibus, & dicentibus: quia tu es Filius Dei: & increpans non sinebat ea loqui, quia sciebat, ipsum esse Christum.

IX. Respondeo, Demones appellasse Jesum Sanctum Dei, Filium Dei, non quia certo cognoscerent eum talem esse; sed quia ipsum talem esse suspicabantur. Unde Gregorius, lib. 3. in Job cap. 15. ait: Quia hoc dicens cognoscendo Dei Filium perimemur: sed tamen vim superna pietatis ignorans, nonnumquam alium possibilem considerat, hominem parum putas. Adhuc tamen autem in hanc suspensionem: Tum, quod eenerent advenisse tempus, quo Propheta Messiam venturum esse, prædixerant. Tum, quod multum sibi a Patre commissum Christus prædicabat: Tum, quod a Christo miracula sine ipsis ministerio, immo ipsis invitatis, patri exhiberentur.

X. Replicabis tamen, Demones videbant miracula facta a Christo in confirmationem doctrine sue, quæ prædicabat, se esse Filium Dei, esse vere miracula, & ex alia parte sciebant, non posse veri miraculis istam doctrinam confirmari: ergo certo cognoscebant, eum esse Filium Dei, qualem se prædicabat: quia argumentum, quod deducitur ex miraculis, est argumentum evidens.

XI. Respondeo, Argumentum de promptum ex miraculis fundare, ut supra vidimus, evidens, non veritatis rei in se; sed credibilitatis rei: quæ miracula confirmantur. Unde ex quo Demones videbant, doctrinam Christi veri miraculis confirmari, sequitur, eos famulo iudicium, quo judicantes, esse evidenter credibiles, quod ipse asserat. Verum cum ex alia parte viderent in ipso omnes carnis infirmitates, dubitabant, an esset verus Dei Filius per naturam, an vero solum per adoptionem, sique procurabat ab hoc dubio se expedire, ut certo nocerent, an esset Dei Filius per naturam; & quia Christus volebat hoc eis manifestare, ideo prohibebat, & increpabat eos.

Ad secundum autem; ubi dicitur, quod Christus increpans eos, non sinebat ea loqui, quia sciebat, ipsum esse Christum; dico primo. Quia non sumi Cassator; ita ut causa, quare Christus eos prohibebat loqui, esset, quia hoc sciebat: sed sumi Histrionicus, & recitative; in hoc sensu: Christus non sinebat Demones dicere, se scire ipsum esse Christum. Quo sensu dicit Martheus, Joann. 14. vers. 27. Ego credidi, quia tu es Christus Filius Dei; idem, credidi, te esse Christum. Et de Maria Magdalena, Joann. 20. vers. 14. Et non sciebat, quia Jesus est, idem, non sciebat, eum Jesum esse. Unde versio Syriaca ita habet: Incorpabat eos; nec permittebat eis dicere, esse se, quod ipse esse Christus. Et ideo Christus, hoc eis prohibebat, quia mentiebantur, dicens, se scire; cum hoc certo non scirent, sed dubitarent. Tum quia; id solum dicebant, ad explorandum, juxta illud Ambrosii: Explorando sentiebant, & tentando explorabant. Quid enim explorarent, si certo scivissent?

Verum, quia alie Versiones, Arabica, Persica, & Ethiopica sumunt, quia in sensu casuali, idem. Quoniam sciebat, vel sciebant autem ipsum esse Christum, Dico secundo, Demones scivisse quidem, Jesum esse Christum, idem, Messiam promissum: esse autem Deum, Deique Filium dubitate quidem, sed non scivisse certo. Quare S. Thom. 3. 2. p. 9. ar. 1. ad 2. ait: Unde super illud, Mattheo 3. Scio, quod sis Sanctus Dei, dicit Chrysostomus (& Augustus lib. QQ. V. & Novus Testam. q. 66.) Quod non certam, qui sermone adventus Dei habebat notitiam; sciebat tamen, ipsum esse Christum in lege promissum. Cognoverat enim (subdit Ambrosius, in Lucam, cap. 24.) Dei Filium esse venturum, sed venisse per infirmitatem carnis non putavit: aliter nunquam Judæos impulsisset, ad eum recedendum, eo casus morte vitare poterat suam naturam. Idem dicit Beda, in Lucam, cap. 24. videndus apud S. Thomam loco mox citato.

XII. Dico secundo. Oppositum demonstrant ipsa Demonum

num Oracula in Idolis edita. Constat enim, ut refert Svetonius, in Octavio cap. 35. Nicephorus lib. 2. cap. 17. quod cum Angelus Apollinem Delphicum consulisset, nec responsum obtinere; causamque silentii exquireret; hæc tandem responsa obtinuit:

Me per Herculem dicit Deus ipse gubernari, Cohærens sese jubet, restemque redire sub arcam. Atque ergo debent tacitos abscedere nostris.

Quare addunt iidem Scriptores, Augustum, Romam revertere, Aram in Capitolio erectisse cum hac inscriptione; Ara Primogeniti Dei.

XIII. Confirmatur, Plurimi Infideles aliquam incarnationis notitiam habuerunt, præsertim Sybillæ, ut refert Sixtus Senensis, l. 1. Biblioth. Sanctæ, Verbo Sybilla. Unde S. Augustus, lib. 18. de Civitate Dei, cap. 53. expendit vaticinia Sybillarum, maxime Sybillæ Camanæ, de incarnatione Verbi: quo etiam testimonio sui sunt SS. Patres, quotquot adversus Gentiles causam Christianæ Religionis propagandam susceperunt. Quibus Gentiles viti, referente Lactantio, lib. 4. Institutio, cap. 15. eo confugere solebant, ut dicerent, carmina illa Sybillarum a Nostris esse facta, quos Lactantius ipse redarguit. Iis etiam in suis concionibus usum fuisse Paulum Apostolum, refert Sanctus Clemens Alexandrinus, lib. 6. Stromatum. His accedit Sanctus Thomas, qui 2. 2. quæst. 2. art. 7. ad 3. dicit: Quod multis Gentilibus facta fuit revelatio de Christo, ut patet per ea, quæ prædixerunt. Nam, Job 16. dicitur, Credo, quod Redemptor meus vivit: Sybilla etiam prænuuntiavit quædam de Christo, ut Augustus dicit. Invenitur etiam in historiis Romanorum, quod tempore Constantini Augusti, & Helene Maritæ eius inventum fuit quoddam sepulchrum in quo jacebat homo laminam auream habens in pectore, in quo scriptum erat: Christus nascitur ex Virgine, & ego eredo in eum. O Sol, sub Helena, & Constantini temporibus iterum me videris. Cuius ergo non & Demoniis facta fuit revelatio de Christo?

XIV. Respondeo, quod si Demones in suis Oraculis aliqua prænuuntiarent de Christo, hoc non fuit ex aliqua revelatione, ne immediate ipsi facta: sed per revelationem factam tum per Angelos, tum per Prophetas in Sacris Litteris; Si enim Judæi ex promissionibus factis, & in Scripturis exaratis, nosse poterant Christum esse Messiam, multo melius Demones, non quidem certo evidenter, sed conjecturaliter, præsertim quoad ejus divinitatem, circa quam eorum mens fluctuabat. Ut enim dicunt illi, miracula, quæ videbant, credibile esse reddebant, ipsum vere esse Filium Dei; & ad impediendum ejus mortem eos movebant; quod ex somnio uxoris Pilati, Mattheo 27. vers. 19. colligitur, quæ marito suo dixit: Nihil tibi & Iuxta illi, multa enim passa sum hodie per visum, præsertim tuum. Et contra vere carnis infirmitates, quas in Christo, ut in aliis hominibus videbant, esse per eum hominem, etiam persuadebant. Si enim eum revera cognovissent, nunquam Dominum gloria, a quo damnandi erant, crucifigi permitterent.

XV. Ad Confess. Admitto, pluribus Gentilibus, qui non erant de populo Judæico, collatum esse fidem, & revelationem, saltem implicitam, incarnationis; vel specialem, per donum Prophetie, ut Job, & Sybillis, (testibus Sancto Hieronymo leg. adversus Jovinianum, in premium dignitatis eorum, & Lactantio leg. 1. cap. 6.) Vel generalem, traditione accepta ab Adamo, per Patriarchas ad nos posteros traducta: Adamo enim factam fuisse promissionem Salvatoris hominum, nemini dubio est. Et hujus notitiam mutare etiam poterant ex Hebræis; qui captivitatibus apud varias nationes dispersi, potuerunt: eis denuntiare Redemptorem, quem ex sacris Vaticiniis sperabant. Unde Gentilibus aliqui in Mediatorem, & Redemptorem fidem concipientes, passerunt justificari, & per ipsum salvari. Uno verbo, ait Sanctus Thomas citatus, ex 2. 2. quæst. 2. art. 7. ad 3. Si qui salvati sunt, quibus revelatio non fuit facta, non fuerunt salvati absque fide Mediatoris, quia etsi non habuerunt fidem explicitam, habuerunt tamen fidem implicitam in divina providentia, credentes: Deum esse liberatorem hominum, secundum modum sibi placitos, & servandum quod aliquibus veritatem cognoscitibus spiritus revelasset.

Ex omnibus præfatis modis Demones, etiam inviti, concipere potuerunt aliquam de venturo Messia cognitionem: si vere acceptam ante eorum lapsum, si cum S. Bernardo credantur, Demones idcirco corruisse, quod Deo homini, sibi propositum, ut omnium Capiti, ac Principi, cui omnes creature parere deberent, esse subsistere recusaverint: sive etiam post lapsum, Nam mytherium incarnationis fuisse illis implicite intinatum, colligitur facti Interpretes ex illis verbis: Genes. 3. vers. 15. ubi Deus Diabolum, sub serpentina larva Protopetam seductorem, sic affatur: Inimicitias ponam inter te, & mulierem, & semen tuum, & semen illius; ipsa conteret caput tuum, & tu insidiaberis calcaneo ejus.

XVI. Dico tertio. Patres non raro contra Arianos urgent Diaboli testimonium, ut Verbi divinitatem asserant. Unde Hilarius, lib. 6. de Trinitate. Anne (inquit) hujus nominis præsertim Demones nocuerunt? Dignus est enim hæreticos non jam Apostolicis doctrinis, sed Demorum clamore convinci: clamorem enim, & sepe clamorem: Quid mihi, & tibi est, Jesu Filii Dei Altissimi? locuti variaz: aliter nunquam Judæos impulsisset, ut ad eum recederent, eo casus morte vitare poterat suam naturam. Idem dicit Beda, in Lucam, cap. 24. videndus apud S. Thomam loco mox citato.

XVII. Respondeo, neg. min. Valet enim contra Arianos

Hilari argumentum; quamvis in Diabolo conjecturalis tantum, & dubia divinitatis Christi asseratur notitia: in hac enim suppositione Ariani erant iniquiores Diabolo. Ite enim divinitatem in Jesu ex miraculis, aliisque circumstantiis factem suspicatus est. Illi e contra nulli ratione judicaverunt, immo aperte negarunt ei divinitatem inesse, etiam postquam resurrectione sua id probavit. Unde Cælius, leg. 3. de incarnatione, cap. 12. eodem quo Hilarius argumento urgens Arianum: Ille (inquit) cum Filium Dei esse, suspicatus est, etiam cum mortem perculit: tu negas eum, cum resurrectione? Ille enim Deus suspicatus est, cui se occultavit; tu negas, cui se probavit?

Q U Æ S T I O III.

De Convenientia, & Necessitate incarnationis.

Quamquam nobiscum convenient alii infideles, unionem hypostaticam Dei cum natura humana non esse impossibilem; inde tamen non eis liquet, eam fuisse expedientem ad humanum genus liberandum, & multo minus necessariam. Utrumque ergo in hac questione ostendimus, nimirum, fuisse convenientem, & necessarium, modo explicando.

D U B I U M I.

An fuerit Convenientis, & Deum Incarnatus?

S. I.

An fuerit Convenientis, & Deum Incarnatus?

I. Congruitas incarnationis potest considerari, vel ex parte Dei; qui est incarnatus; vel ex parte hominis ad quem redimendum facta est incarnatio. Unde potest queri: An incarnatio fuerit congrua, & convenientis Deo redimendo, & homini redimendo?

II. Dico ergo. Incarnatio fuit congrua, & convenientis Deo Incarnato, seu Deo redimenti. Probatur. Id est convenientis Deo; quo manifestatur ejus attributa: atqui per incarnationem mirifice divina attributa manifestantur; ergo &c. Min. prob. Præcipua Dei attributa sunt omnipotentia, sapientia, bonitas, justitia, & misericordia. Probo ergo, quod hæc omnia in incarnatione manifestentur. Manifestatur ergo primo omnipotentia: dum extrema infirmitate dilata, Deus scilicet, & homo in unam copulantur personam: hoc enim maximum opus est, maximam, & infinitam demonstrans potentiam. De hac propterea Jeremias loquens, cap. 31. vers. 32. Novum (inquit) creavit Dominus super terram: femina circumdabit virum. Eam Habacuc cap. 3. vers. 2. vocat opus Dei: Dominus opus tuum: in medio annorum vivifica illud. Et B. Virgo in suo Cantico, Luca 1. vers. 51. Fecit (inquit) potentiam in brachio suo. Unde Bernardus, Serm. 3. in vigilia Nativit. Dom. Tris (inquit) opera, tres miracula fecit omnipotens illa manifestata in assumptione nostra carnis; ita singulariter mirabilia, & mirabiliter singularia, ut nec facta sint, nec factura sint amplius super terram, Conjuncta quippe sunt ad invicem Deus, & Homo, Mater, & Virgo, fides, & cor humanum.

III. Dico. Incarnatio infirmitatem potentiam. Nam demisit Deum ad hominis debilitatem; & miseris: redemit Deum ad mortem, quod infirmitatis est; non ergo omnipotentiam manifestavit, sed aegritudinem.

Respondeo, neg. assumptum. Hoc enim ipsum, quo summa potentia, quasi contra seipsum agens, & quasi passim vincens infirmitati, ac debilitati conjungit; commendat maxime potentiam ejus, qui illud facit. Mortem autem subire; quæ hostis infirmitatis vincatur, & ex quo gloriose refurgat, non mortuus, qui sic mortuus est, maximam ostendit potentiam; sic autem in incarnatione contigit.

IV. Secundo manifestatur sapientia. Quia in incarnatione Deus exogitavit medium aptissimum ad concilianda jura divine justitiæ, & misericordie. Rursus: superbiam humilitatem, voluptates doloribus, desideria divitiarum paupertate sanavit. Summa autem sapientie est contraria contrariis sanare.

V. Oppones. Sapiens non est, summum bonum ad militiam usque descendere, & eam induere; ergo sapientis non est ad carnem se deprimit, & eam vestire.

Sed nego consequent. cum S. Thom. 3. 2. p. 9. ar. 1. ad 3. Nam caro, & corpus certe distat infinite a Deo summo spiritu; a Deo tamen est, & ad Deum ordinatur. Deus enim propter suam bonitatem, cum se inveniat, immobilis, & incorporeus producit creaturas mobiles, & corporeas. Et similiter malum pæne a Deo justitia est introductum propter gloriam Dei. Malum vero culpa committitur per recessum ab arde divina sapientie, & ab ordine divina bonitatis. Et ideo Deo convenientes esse possunt assumere naturam creaturam mirabilem, corpoream, & penalitatem subiectam; non autem fuit ei convenientis assumere malum culpæ.

VI. Tertio. Manifestatur divina bonitas. Quia per incarnationem maxime se communicat homini, quod summi boni, & ardentissimi amoris character est; majestatem inclinavit; & infirmitatem erexit; amato ergo præbuit; in beneficentia se se effudit, quo summe bonitatis signa sunt: exclamante Paulo, ad Titum 3. vers. 4. Benignitas, & humanitas operum Saluatoris nostri Dei &c. Et Christo ipso attestante,

Jo. 3.

Jo. 3. vers. 16. Sic enim Deus dilexit mundum, ut filium suum unigenitum daret; ut omnis, qui credit in eum, non pereat, sed habeat vitam aeternam.

VII. Sed objicit cum Sociis recentioribus. Prodigalitatis, & amoris inordinati vitium est, non liberalitatis prerogativa, Deum dare Deum homini; nimirum, rem, que supra omne pretium est, tradere illi ac misero peccatori, praefertim cum alia via servus reddi potuerit. Quemadmodum enim vituperabilis fuit nimia elatio, qua creatura appetit esse Deus; sic vituperanda, & Deo indigna videtur nimis depresso, qua Deus factus est homo.

Respondetur, neg. antec. Non enim prodigalitatis vitium est, sed immoderati amoris argumentum, non solum necessaria, sed etiam non necessaria paupertas, ac misero elargitis ut a miseris possit furgere. Neque illa depressio indecens fuit: siquidem Verbum divinum humana suscipiens; divina non amisit. Factum est enim, ut sicut inferiorum non consumeret glorificatione: ita nec superiorum minuere assumpsit: imo in tali humilitatione gloriam suam magis splendore fecit, in qua cum bonitate summan elucere fecit sapientiam. Neque est simile de creatura, dum appetit esse, ut Deus: hoc enim processit ab excessu elationis, & superbie; eximianito autem Dei ad formam fervi, prodit ab excessu amoris. Sicut si subditus appetere esse, ut rex, elatio presumpciose, & damnable effect: ac si Rex, ut servum redimeret, & throno majestatis descendere, esset summa, & laudabilis dignatio.

VIII. Quarto manifestatur justitia. Tum respectu Dei Patris, cui per debito pretium exhibitum est: quia a Persona, qua non minoris dignitatis est, quam sit Persona, cui fuit exhibitum. Tum respectu Diaboli, qui non potestare, sed justitiae lege victus est. Unde Aug. lib. 3. de Lib. Arbitri. cap. 10. Unicus (inquit) Dei Filius Diabolus. . . homini subjicere; nihil ei extorquebat violenta dominatio, sed superans eum lege justitiae. Et lib. 13. de Trinit. cap. 13. Non autem Diabolus potentia Dei, sed justitia superandus fuit. Et vincendus erat in carne, quam ipse olim vicerat in Adamo; ut redintegrato certamine, ab eodem, quem vicerat, ipse vinceret.

IX. Oppones tamen contra primam partem. Primo. Justitia non est innocenti supplicio tradere pro reo, imo justitiae legibus est adversum.

Secundo. Non patitur justitia, ut per medium iniquum suo juri satisfiat: hoc autem accidit in Incarnatione, in qua electa fuit Christi crucifixio (quod fuit medium iniquum, quia gravissimum peccatum) ut repararetur jus divinum lesum.

Tertio. Inter attributa Dei respectu hominum emicat misericordia; ergo convenientius fuisse, ut misericorditer condonasset homini peccatum Adae, quam ut pro eo satisfactionem de justitia exegisset.

Quarto. Non decuit, ut Deus exigeret ab homine plus, quam potest: sed homo non potest satisfacere pro peccato; non ergo decuit, ut Deus satisfactionem pro illo exigere.

X. Respondetur ad primum, in satisfactionem quidem esse, tradere innocentem supplicio in poenam, non vero ipsum tradere in satisfactionem; maxime si innocens voluntarie in se suscipiat personam ream, ejusque demeritum: sicut fecit Verbum divinum, dum oblatum est; quia ipse voluit, & peccata nostra ipse portavit. Unde S. Thom. 3. part. quest. 47. art. 3. ad 1. Incarnatum (inquit) hominem passum, & morti tradere contra ejus voluntatem, est iniquum, & erudibile. Sic autem Deus Patrem Christum non erudit, sed inspirando ei voluntatem patienti pro nobis. In quo ostenditur, quod de seipso, qui peccatum sine poena dimittitur voluit, quod signum, Apostolus dicens, Rom. 8. Proprio filio suo non pepercit: Et hunc quis in eo, quod cum homo sufficienter satisfacere non possit pro aliquo peccato, quanto paraturus ei satisfactionem dedit; quod scriptum est: Apostolus dicens: Pro nobis omnibus tradidit illum. Et Rom. 3. dicit: Quem, scilicet Christum, proposuit Deus propitiorem pro fide in sanguine suo.

XI. Ad secundum dico, quod eligere quidem medium iniquum, ut iniquum, impellendum ad illud, injustitia, imo iniquitas est: ad medium, ceteroquin iniquum, permittere, ut ex illo magis bonum confurgat, injustitia non est. Sic enim Deus permisit peccata hominum, permisit persecutiones tyrannorum, ut exinde eliceret patientiam Martyrum; & sic permisit crucifixionem Christi: quae iniqua quidem fuit ex parte Jude, qui eum prodidit; Judaeorum, qui ejus mortem a Pilato extorserunt; Pilati, qui eum decrevit, & militum qui eum intulerunt; aequissima tamen fuit ex parte Christi, qui eam suscepit. Dei Patris, qui eam permisit, eamque ad hominum salutem sapienter ordinavit. Eadem ratio (inquit) S. Thom. supra citatus ad 3. diversimode judicatur in bono, vel in malo, secundum quod ex diversa radice procedit. Pater enim erudit Christum, & ipse semetipsum ex charitate, & ideo laudatur; Judas autem tradidit ipsum ex cupiditate; Judas autem ex invidia; Pilatus timore mundano, quo timuit Caesarum; & ideo isti vituperantur. Videantur dicta quest. 47. art. 6. ad 3.

XII. Ad tertium dico, Deum ita esse misericordem, ut simul etiam justus sit: ideoque sic voluit vult misericordiam offendere, ut justitia locum haberet; quod factum est, dum pro nobis factus est homo, ut pro nobis satisfaceret. Quod enim homo factus sit, & quod peccata portaverit, quod nostram villitatem dignatus sit fieri, quod se pro nobis Mediatorem fecerit, ut pro nobis mortem pertereret, grandis misericordia fuit. Quod autem pro nobis Deo satisfaceret, justitia fuit. Vide S. Thom. in 3. a. 1. quest. 1. art. 2. ad 4.

XIII. Ad quartum dicit S. Thom. mox citatus, ad 5. quod quantitas peccati ex duobus potest pensari: & ex parte Dei, in quem peccatur, vel ex parte boni, quod corrumpitur: & ideo ad satisfactionem debitam requiritur actio hominis; quae proportionetur quantitati culpe, in quantum corruptio quaedam est gratia, cujus virtus quodammodo infusa est; quae sufficit ad merendum praemium infinitum; per quam satisfactio proportionatur quantitati culpe, propter offensam Dei est. Et ideo ex se non sufficit ad satisfactionem, quia ex se gratiam habere non potest. Nec tamen Deus crudelis est, hanc satisfactionem exigens: quia quomodo gratiam habere non possit ex se, & ideo nec satisfacere; potest tamen satisfacere per alios, quod Deus paratus est dare, scilicet, per gratiam.

XIV. Oppones contra secundam partem, primo. Diabolus nullum aequum jus unquam habuit in hominem. Vel enim illud habuisset ex furto, quo sibi hominem rapuerat; vel ex homine, qui se ipsum libere Diabolo tradidisset; ad neutrum dici potest; cum sicut in re ablatum nullum jus acquiratur nec mancipium, qualis est homo respectu Dei, possit se ipsum alteri domino tradere.

Secundo. Dato, quod Diabolus aliquid jus habuisset in hominem, injulte a Christo spoliatus fuit in certamine, quod cum ipso iniit, quia fraude, ac dolo processit: siquidem Diabolo obiecti carnem, in quam faveret, sed divinitatem, qua Diabolus peremeret, occultavit.

XV. Respondetur. Ad primum dico, hunc fuisse errorem Petri Abaelardi, qui, ut refert S. Bernardus, Ep. 190. modo Tract. de Erroribus Abaelardi, cap. 5. quavis fateretur, Patres in opposita fuisse sententia, agebat: sed ut mihi videtur, non Diabolus unquam jus aliquod in hominem habuit, nisi forte, Deo permittente, ut carceratus, non Filius Dei, ac hominem liberaret, carnam assumpserit. Post quo Abaelardi verba exclamat Bernardus. Quid in his verbis intolerabilis judicetur? Blasphemiam, an arroganciam? Quid damnablem? Turpitudinem, an impietatem? Et merito quidem. Doceat enim Paulus, ad Coloss. 2. vers. 13. Christum conditionale nobis omnia delicta, delicta, quod adversus nos erat, chirographo decrevit, & illud sustulit e medio, assignando illud Crucis expoliatis Principibus, & Potestatibus, de illis per semetipsum triumphando. Hinc in Scripturis saepe Diabolus vocatur Princeps hujus mundi, tenentium hunc, omnium peccantium. Idem communiter sentiunt Patres. August. l. 3. de Lib. Arbitri. cap. 10. scribit, Dæmonem jure aequissimo totum genus humanum sibi vindicasse, per victoriam, quam in Protopitibus usq. eo retulerat. S. Leo (Serm. 2. de Nat. Dom.) ait, Diabolus non indobito dominatu omnibus peccantibus praesente, & S. Bernardus, Epist. 190. citata. nec habet: sed eadem est, quod omnes Delictorum nostri, nisi Apostoles, in hoc conveniunt: quod Diabolus dominatum, & potestatem habebat super hominem, & jure ipsum possidebat: ideo scilicet, quod homo ex libertate arbitrii, quam habebat, sponte Diabolo concessit. Agnus namque, quod si quibus nungquam videret, nihil justitiae servus confitebatur. Quibus responderet ad instantiam; nimirum, hominem non esse merum mancipium respectu Dei, sed proprie liberati restitutum; qui cum debuisset se tradere Deo, peccando se tradidit Diabolo, qui hoc modo jus in illum acquisivit.

XVI. Ad secundum dico, quod si in certamine, quod iniit Christus cum Diabolo, adfuit fraus, & dolo, fuit factus pater, & dolo justus. Victoria enim per iniquam fraudem patris, qualis fuit ea, qua Diabolus in primis Parentes usus est; poterat per aliam (si ita loqui licet) piam & salustiam fraudem auferri, qualem Christus adversus Diabolum adhibuit. Quamvis verus dicit possit Diabolus non fuisse, Christo deceptum; sed se ipsum decepisse, seu decipi voluisse.

XVII. Quinto. Tandem manifestatur misericordia. Quia Verbum in Incarnatione hominem miserum sublevavit, & a poenis, & servitute Diaboli, ac peccati sanguinis sui pretio redemit. Ingressus hujus misericordiae effectus celebrat Paulus, ad Romanos, toto cap. 8.

§. II.

An fuerit Conveniens Natura Humana.

XVIII. Incarnationem fuisse convenientem homini, non quidem attenda conditione sui naturae, quia haec erat tam excellentiam bonitatis Dei, certum est. Nam per Incarnationem sublevata fuit natura hominis ad esse divinum, summumque nexu cum divinitate conjuncta, super Angelos exaltata. Quod hic quaeritur, est: An fuerit medium convenientius ad hominem redimendum?

XIX. Dico. Incarnatio fuit convenientissimum medium ad hominem redimendum. Ita S. Thom. 3. part. quest. 1. art. 2. ubi ex S. August. l. 12. de Trinitate, dicit: Non alium modum possibilem Deo desuisse, cujus potestati omnia aequaliter subjicerent; sed sanata miseria nostra convenientissimum alium modum non fuisse. Hoc pluribus rationibus probat S. Thomas; quibus addi possunt sequentes. Prima. Quia per Incarnationem homo fuit redemptus ex perfecta justitia: fuit enim, ut cum ex parte redimendus, tum ex parte pretii exhibiti, tantum fuit redemptio valoris, & dignitatis, quae gravitatis fuerat offensae, qua homo se constituit, quae reus quoque abque Incarnatione haberi non potuisset, ut infra ostendemus.

Secunda. Quia homini redimendo conveniebat medium, quo tolleretur caecitas, quam contraxerat in intellectu, & propensio ad bonum commutabile, qua laborabat in voluntate.

aqui ad hoc fuit aptissimum medium Incarnatio Verbi, quia per hanc Verbum, quod est veritas, sub humanitatis nube nostris veluti sub oculis positum est; ac per illud consultius est ignorantia, & caecitati, qua tenetur humanus intellectus. Per Incarnationem etiam incommodabile bonum ad homines accessit; efficaciter, nec contracta per peccatum infirmitas cum impediret, quin ad illud humana voluntas prodiret.

Tertia. Quia homo talis est conditionis, ut non nisi per sensibilia ad caelestia procedat. Unde sicut Deus Patriarchis, quos erat educturus, videndum olim se praeibit in humana specie; ac sese veluti Judaeorum oculis subiecit, cum legem conscripsit: ita cum voluit hominem redimere, deiecit, ut humanitate indutus illi appareret; conveniens ergo fuit, ut qui hominem erat redempturus, esset Deus, & simul homo. Nam, ut dicit S. Leo, Serm. 1. de Nativ. Nisi esset Verus Deus, non afferret remedium; nisi esset verus homo, non verus exemplum.

XX. At inquit. Convenientius medium fuisse illud, per quod omnes homines salvarentur: at per Incarnationem non omnes salvantur, imo multi tantum pretium inutile sibi reddunt; ergo &c.

Respondetur primo, ex S. August. Ep. 105. modo 194. ad Sixtum, neg. maj. Nam si unguis liberarentur, laetaret, quid peccato per justitiam deberatur: si nemo, quid gratia largiretur. Ut ergo pateat, quid peccato debeatur, non decuit, ut omnes salvarentur; & ut appareat, quid gratia possit, nec decuit, ut nemo salvaretur.

Respondetur secundo, neg. suppositum. Defectus enim salutis aliorum, non in Incarnatione refundendus est, quae ad omnium salutem sufficiens est; sed in pravam hominum voluntatem, quae pretium a Christo erogatum, & voluntatem ejus salvandi omnes reddidit inefficacem.

DUBIUM II.

An Conveniens fuerit, ut Assumeretur potius Humana, quam Angelica, vel alia Natura: & an Assumeret potius Filium, quam alia Personam?

§. I.

Resolvitur prior Pars.

I. Dico. Convenientius fuit, ut humana natura assumeretur potius, quam alia: Ita S. Thom. 3. part. quest. 4. art. 1. & probat. Congruentius erat, ut illa natura assumeretur, quae erat nequa magis congrua assumptioni, sed etiam indigens reparatione: atque natura humana erat magis congrua, seu idonea ad unionem cum Verbo; quia, utpote rationalis, & intellectualis, potest aliquatiter attingere ipsum Verbum per suam operationem, cognoscendo scilicet, & amando ipsum: cumque esset maculata originali peccato, indigebat reparatione, & consequenter assumptione; ergo &c. Secunda etiam pars probatur. Naturae enim irrationalis deest congruitas dignitatis: naturae autem angelicae deest congruitas necessitatis: quia est Angelorum alique peccaverint, eorum tamen peccatum nec vivat totam naturam, neque capax est remedi, ut dicitur est cum S. Thom. 1. part. quest. 64. art. 2. ergo &c.

II. Ulterius licet Angeli peccaverint, propria tamen voluntate peccaverunt; homo vero non propria voluntate peccavit; sed aliena, nempe, Adami: convenientius autem erat, ut qui aliena voluntate peccaverat, aliena etiam voluntate redimeretur: quam qui peccaverat propria voluntate, utpote minus excusabilis. Hinc S. Bernardus Serm. 1. de Adamo, dicit Novus (Deus) in assestum malitiae, & negotia transisse Angelos deservit, nec ex ignorantia aliqua, sed infirmitate peccavit: ideoque pariter necesse est pariter voluisse. . . . Ista haec enim, nullam Angelis pariter rediendi viam; nempe novit superbiae monstrum, quod superbia est velle, & superbia ejus pariter remedium non admittit, ac per hoc nec vult. Cumque dixisset, ad reparandam Angelorum ruinas condidit hominem, subdit: Ac vero hominis vice nullam postea condidit creaturam; insuam: ex hoc ipso redimendum adhuc hominem, quippe quem supplantavit aliena malitia: ideoque prodesse ei potest charitas aliena.

III. Tandem. Erat convenientius, ut Verbum eam naturam assumeret, ex cujus assumptione verificaretur, quod Verbum quodmodum omnem naturam assumpsisset, & omnia traxisset ad se: sed hoc, assumendo naturam humanam, consensum est. Nam haec habet aliquid commune cum omnibus: nempe, esse cum lapidibus, ac ceteris inanimatis, vivere cum plantis, sentire cum brutis, intelligere cum Angelis; ergo &c.

IV. Dices tamen primo. Et natura magis congrua est assumptioni, quae Deo magis affinis est: atque haec est angelica, quae purus spiritus est, non humana, quae ex spiritu, & corpore constat; ergo &c.

Respondetur maj. esse verum, si caetera sint paria, quod non contingit in casu. Nam Angelus, est natura sublimior homine, & magis Deo affinis: minus tamen decuit, ut a Deo sanandus assumeretur: Tum quia infanabilis, quantum est ex conditione suae naturae firmiter adherentis, sive bono, sive malo fere melo. Unde, Damascenus, lib. 2. de Fide cap. 4. Quod (inquit) hominibus est omnia haec Angelis est lapsus. Tum quia: non tota natura Angelica cecidit, sicut eccidit humana: Tum quia: Angelus propria voluntate fuit exteriori tentatione cecidit: ideoque magis liberum, quam primus homo, ex quo illi per generationem peccatum trahunt: ac propinde magis miseratione sunt digni.

Greg. Theolog. Tom. III.

V. Dices secundo. Major apparet misericordia, ubi grandior est miseria; sed grandior est miseria Angelorum perditionum, cum gravius fuerit eorum peccatum, quam hominum; ergo magis debebat, ut misericordia divina eos redimeret, quam homines.

Respondetur primo. Grandiorem quidem esse Angelorum miseriae, quam hominum: minus tamen dignam miseratione, quia in malo obfirmata. — Secundo. Miseriae Angelorum esse quidem grandiorum intensive, non tamen extensive: quia peccato Luciferi non perit tota Angelica natura, sicut peccato Adami perit tota natura humana.

VI. Queres: An convenientius fuerit, ut assumeretur natura humana ex Adami propagine, quam aliunde formata?

Respondetur affirmative cum S. Anselmo, l. 2. Chr. Deus homo, cap. 8. Primo. Quia iustum est, ut ille, qui satisficit, vel sit ille idem, qui peccavit; vel aliquis ex ejus origine; alius qui offendit, non satisfacere. Secundo. Verbum divinum venit sanare naturam humanam, quae tota in Adamo fuit vitata; ergo cum medicina sit applicanda infirmo, decuit, ut assumeretur naturam infirmam, & proinde ab Adamo ducentem originem, sic tamen, ut naturae assumeret infirmitates, non tamen peccatum. Unde dicit Apostolus, quod factus est (non caro peccati) sed in similitudinem carnis peccati.

§. I.

Resolvitur Pars Posterior.

VII. Dico. Convenientius fuit, Verbum Incarnari, quam Patrem, aut Spiritum Sanctum. Ita S. Thomas, 3. part. quest. 3. art. 2. Primo. Quia per idem exemplum decuit, hominem deformatum reparari, per quod quomodo conditus fuit; sicut artifice per eandem ideam artefactum produci, & collapsum reparari; sed homo per Verbum, tamquam per suum divinum exemplar, conditus fuit; ergo decuit hominem lapsum per Verbum reparari.

Secundo. Incarnatio facta est ad restituendam homini filiationem Dei adoptivam, qua per peccatum spoliatus fuerat; ergo decuit hoc fieri per Filium naturalem: quia filiatio adoptiva filiationis naturalis participatio est.

Tertio. Homo peccaverat, quia recessit a vera sapientia; ergo decuit, ut per Verbum, quod est sapientia, vera sapientia restitueretur, qui per inordinatum appetitum scientiae recesserat a Deo.

Congruentiam hanc ulterius ostendo. Primo, Congruum enim fuit, ut qui ab aeterno Filius Dei erat ex Patre sine Matre, in tempore fieret filius hominis ex Matre sine Patre. — Secundo. Ut Verbum, quae dicuntur omnia, non sine dicente voluntate Patris. — Tertio. Ut maneret proprietates immobiles etiam apud nos; quod Patrem ingenitum genitum vocaremus, Spiritum Sanctum vocaremus Filium.

VIII. Dices tamen primo. Illi convenientius tribuitur reparatio hominis, cui tribuitur creatio ejusdem: at hominis creatio tribuitur Patri; ergo magis decuit reparari Patrem Incarnari.

Respondetur cum S. Thom. 3. part. quest. 3. art. 8. ad 2. Quod prima rerum creatio facta est a potentia Dei Patris; per Verbum. Unde & reformatio per Verbum fieri debuit a potentia Dei patris; ut reformatio creaturae responderet, secundum illud 2. Cor. 5. Deus erat in Christo mundum reconcilians sibi.

IX. Dices secundo. Magis decuit, Patrem habere aliquid, quod non habeat Filius, quam Filium habere aliquid, quod non habeat Pater; quia quidquid habet Filius, habet a Patre: sed per Incarnationem Filius habere aliquid, quod non habeat Pater, nempe, naturam humanam; ergo &c.

Respondetur, majorem esse veram de eo, quod habet Filius per originem aeternam. Per hanc enim habere debet Pater, quod non habet Filius; quia Pater habet vim generativam Filii; Filius autem vicissim non habet vim generativam Patris. Secus autem est de eo, quod habet Filius per missionem temporalem in unione hypostatica. Cum enim per hanc una persona subjiciatur alteri: convenientius est, ut id habeat Filius, quod possit Patri subdici, quam Pater inferiori filio censatur. Unde magis expedit, Filium habere naturam humanam, qua minor est Patri; quam quod Pater eam haberet, qua Filio minor, eique subiectus diceretur.

X. Dices tertio. Incarnatio fuit ordinata ad remittendum peccatum, sed remittere peccata tribuitur Spiritui Sancto; ergo magis decuit Spiritum Sanctum incarnari.

Respondetur ex S. Thom. supra citato, ad 3. Quod Spiritus Sanctus proprium est, quod sit donum Patris, & Filii: remissio autem peccatorum fit per Spiritum Sanctum, tamquam per donum Dei. Et ideo convenientius fuit, ut justificationem hominum, quod incarnaretur Filius, cujus Spiritus Sanctus est donum. Unde Filius incarnatus misit Spiritum Sanctum.

DUBIUM III.

An ita fuerit Necessaria Incarnatio ad hominem redimendum, ut non potuisset redimi, nisi a Deo incarnato?

§. I.

Quidam, ut Cetera, Praesentantur.

I. Noto primo: Christum de facto venisse ut Redemptorem, & non solum ut Doctorem, ut sentit Petrus Abaelardus, quem S. Bernardus, Epist. 190. egregie impugnatur. Hoc enim Scriptura testatur, ad Ephes. 1. vers. 7. In quo habemus redemptionem per sanguinem ejus. 1. ad Timoth. 2. vers. 6. Qui dedit redemptionem sibiipsum pro omnibus. 1. Petri 1. vers.

ver. 18. Non corruptibilis auro, vel argenteo redempti estis...

Probatur. Redimere enim est, vel numerato pretio liberare captivum...

Quare Concil. Trident. cum, Sess. 5. Can. 1. & Sess. 6. cap. 1. dixit, omnes homines in pravaricatione Ade perdidisse innocentiam...

II. Nota secundo, ex D. Thom. 3. par. 2. q. 1. art. 2. quod ad finem dignitatem aliquid esse necessarium dupliciter...

III. Difficultas est, an supposito, quod Deus non voluerit alio modo hominem liberare, & absolvere, nisi exigendo ab eo satisfactionem talem...

IV. Circa quod nota secundo, cum eodem S. Thom. ad 2. quod aliqua satisfactio potest dici dupliciter sufficiens...

S. II.

Resolutio Negativa de Potentia Ordinaria.

IV. Dico primo. Adeo fuit necessaria Incarnatio ad satisfaciendum Deo de condigno, & ad aequalitatem justitiae pro peccato...

Græcis accedunt latini Patres Ambrosius, lib. 4. in Lucam, Quis inquit tantus esset dux, qui professor omnibus, nisi ille...

Probatur etiam hoc discursu Frassen, non posse hominem purum rependere æquivalentem pro suo, vel alieno peccato...

est, per quodlibet hominis peccatum. Sic enim per quodlibet hominis peccatum. Deo fit injuria particularis...

VII. Adest etiam S. Thom. qui in 3. dist. 1. quæstio. 2. art. 2. ad 9. ostendit triplici ratione, non potuisse humanam naturam a quacumque persona creata per adequatam satisfactionem reparari...

S. III.

Resolutio Negativa, etiam de Potentia Extraordinaria, maxime arctata gravitate offensæ Dei, quæ est simpliciter infinita.

VIII. Dico secundo. Nec in quacumque alia, etiam extraordinaria providentia, potuisset pura creatura satisficere ad aequalitatem Deo, pro offensâ mortali...

IX. Probatur tamen specialiter ratione, desumpta ex S. Thom. cum in 3. dist. qu. 1. art. 2. ad 5. tum 3. par. qu. 1. art. 2. ad 3. cujus hæc sunt verba: Peccatum contra Deum commissum quodammodo infinitatem habet ex infinitate divinæ Majestatis...

Antequam autem præstata verba in forma proponam, suspensio: hominem, dum mortaliter peccat, offendere Deum, eum dehonorando, et gravem injuriam irrogando...

X. Prob. sic. Ut satisfactio reparativa injuriæ, & honoris honoris reddere personæ offensæ, quanta fuit dehonoriatio, & injuria ipsi irrogata; si enim minus reddat, non erit æqualis...

XIV. Secundo probatur, præveniendi aliam Adversariorem evaluationem. Si passus homo satisficere ad aequalitatem pro suo, & ob-

& obsequium æstimabilitatis finitæ nequit ad æqualitatem, & de condigno compensari offensâ, & injuria gravitatis simpliciter infinitæ; ergo &c.

Major prob. primo. Estimabilis honoris, & obsequii sumitur ex dignitate personæ honorem, & obsequium exhibentis...

Secundo prob. maj. Injuria crescit secundum dignitatem personæ, cui irrogatur, & vilitate personæ, quæ eam offendit...

Tertio prob. maj. Injuria facta personæ excellenti eo gravior est, quo magis per illam deprimatur, & inhonoratur...

S. I.V.

Prænotatur Assensio, dæno, quod Peccatum Mortale sit in genere offensæ finitum.

XI. Quia multi, & præsertim Scotiæ, contendunt, peccatum non esse simpliciter, & intrinsece infinitum, in ratione moralis offensæ...

Ad satisfaciendum pro suo, vel alieno peccato mortali, ut sit æqualis, & de condigno, debet valor satisfactorius esse tantus, quantum fuit gravitatis injuria...

XII. Dicitur. Satisfactio exhibita a creatura, gratia abundantior est, ornata gratia excellenti, & secundum quid: ita etiam persona creata, ornata gratia excellenti, est in ordine divini participative extrinsece...

XIII. Sed contra. Quamvis gratia, quæ est principium Quæ, & physicum operis satisfactorii, ordinis divini in est: physici autem operis satisfactorii, ordinis divini non est...

XIV. Secundo probatur, præveniendi aliam Adversariorem evaluationem. Si passus homo satisficere ad aequalitatem pro suo, & obsequium exhibentis...

vel alieno peccato mortali, hoc posset amando intensissime Deum, & sed amando etiam intensissime Deum, non et dat tantum honoris, quantum abulit, peccando mortaliter...

Tandem: quia per injuriam personæ offensâ deprimatur, & inhonoratur: ut autem satisfactio honoris læso, non sufficit, ut persona offendens amet personam offensam...

XV. Urgeat denique. Ut homo purus possit, per actum charitatis, satisficere Deo ad æqualitatem, debet Deum tantum amare, quantum illum offendit...

S. V.

Rationes Scotiæ Solvuntur.

XVII. Obijciunt primo. Homo purus, amando Deum, potest illi tantum honoris reddere, quantum ei abulit per peccatum; ergo &c.

Ant. probatur. II. quod homo peccando abulit a Deo, est, quod dereliquit Deum pro creatura, juxta illud, Dæm. 27. ver. 18. Dæm. qui se genibus derelinquit...

Confirmatur. Telle S. Thom. 3. par. qu. 48. art. 1. prope satisfactio pro offensâ, quæ exhibet offensâ id, quod quis, vel magis diligit, quævis debet offensam...

XVIII. Respondeo primo. Hæc argumentum probat, quod de facto quilibet homo, amando Deum, satisficere de condigno pro suo peccato, quod negant Scotiæ, & merito; alioquin homo non egisset Redemptorem.

Respondeo secundo, neg. ant. dist. min. Adhuc nos adæquant gravitatem offensæ, conc. ant. Actus adæquant, negotium. Homo ergo amans Deum, ex parte rei ablatur reddere quidem illi, quod a Deo abulatur, peccando non tamen ad æqualitatem satisficere pro offensâ...

XIX. Ad Confess. nego min. Sicut enim Principi magis displicet injuriari a subdito, quam ei placeat honorari ab ipso, quia talis honor est ipsi debitus: ita longe gravior est, &

magis odibile Deo, creaturam audere contra ipsum, quam sit ipsi acceptum, creaturam sibi se dedit, ac subiecit. Nec opus est repetere sententiam Sancti Thomae. Nam citato loco loquitur de satisfactione Christi, quam Deus magis dilexit, quam oderat offensam, quia et aliquid majus exhibuit, quam exigeret offensam recompensatio. Tum propter magnitudinem charitatis. Tum, propter dignitatem vite suae, quam pro satisfactione peccatorum, quae erat vita Dei, et hominis.

XX. Dices. Si magis odibile Deo peccatum, quam diligit actum charitatis; hoc esse, quia peccatum ledit honorem Dei: sed hoc esse falsum, probatur. Tum in creaturis: ubi soli violatio praecipit, nisi sit ex contemptu, non ledit honorem, aut directe facit injuriam Legislatori. Tum etiam: quia in omni peccato mortali, puta gula, est duplex malitia: una injustitia contra honorem Dei; alia intemperantiae ratione propria obiecti.

XXI. Respondetur, nego min. Ad ejus primam probationem dico, honorem Legislatoris creati non ledi per quantumcumque legis transgressionem, nec tamen honorem Dei. Legislator enim creatus non habet jus, ut omnes subditorum adiones ad ipsum, ut ultimum finem, referantur; ideoque per transgressionem legis nulla jure spoliar, nullamque injuriam patitur: & talis transgressio est quidem contra obedientiam, sed non contra iustitiam. At Deus, qui est ultimus omnium terminus finis, cuique, titulo creationis, omnia debentur; jus habet, ut omnia ad ipsum referantur, & ut ipsi nihil praefatur. Unde peccator postponens Deum creaturam, & propter istam Deum derelinquens, ledit summum jus, & honorem illum.

Quare (& est responsio ad secundam probationem) in omni peccato mortali reperitur injustitia, quae tamen malitiam speciem non constituit. Duplex enim est dehonoriatio. Una per se voluta, alia consecuta. Prima est, quae expresse intenditur contemptus, & contumelia, ut in blasphemis, & indigna tractatione divinarum. Secunda, quae leditur quidem jus, sed haec lesio non est per se voluta, sed consequitur ex natura actus: & haec est lesio divini honoris, in omni peccato mortali inhibita.

XXII. Obijciunt secundo. Satisfactio ad aequalitatem solum requirit aequalitatem inter satisfactionem, & offensam; non vero inter personam satisfaciendam, & personam offensam; quod probant sic. Nam si satisfactio sit aequalis, tollit inaequalitatem causam per offensam: ideoque qui Regi furatus est centum, si restituit Regi centum, satisfacet ad aequalitatem; est persona satisfaciens sit inferior. Tunc sic: sed inter satisfactionem creaturam, & offensam Dei potest inveniri aequalitas; ergo &c. Min. prob. Tunc satisfactio est aequalis, quando tanta est bonitas in actu satisfactorio, quanta fuit malitia in peccato mortali, & forte major, ergo &c. Min. prob. primo. Bonitas actus charitatis est bonitas supernaturalis; malitia autem peccati est pure naturalis, saltem intrinsece. Secundo. Praemium, quod meretur actus Charitatis, nempe vitio aeterna Dei, non est minus quam sit poena, quam meretur peccator, nempe aeterna privatio visionis Dei: meretur autem, & demeretur correspondent bonitati, & malitiae.

XXIII. Respondetur, dist. ant. Satisfactio, prout est idem, ac restitutio rei ablata, conc. ant. Prout idem est, ac compensatio honoris lesi, nego ant. Satisfactio enim compensativa injuria, & honoris lesi non fert ad aequalitatem, nisi a persona aequalis dignitatis. Exemplum autem furti, non est ad rem. Quia furtum non est injuria personae, sed realis; nec crescit ex dignitate personae, cui auferatur, sed ex quantitate rei ablata, & ideo si res ablata integre restituatur, a quocumque furti restituitur, sit aequalis compensatio: nisi fieret esset conjuncta contumelia, seu injuria personae. At omni peccato mortali, ut dictum est, semper est conjuncta dehonoriatio, & injuria summi juris divini, ejusque majestatis. Ad primam autem probationem min. subsumptae rationis, actum charitatis in bonitate physica, & specifica excedere malitiam peccati mortalis; non tamen excludit, sed excedit a peccato, in genere morali offense: in quo peccatum habet gravitatem vel infinitam, vel ordinis superioris, ut vidimus. Ad secundam dico, plus demeretur peccatum, quam meretur actus charitatis, Nam peccatum demeretur poenam infinitam, id est, non solum aeternam privationem visionis Dei, sed etiam annihilationem peccatoris: imo demeretur ipsam incarnationem, quam nec tota collectio actuum honorum pure creaturae mereri unquam potest.

XXIV. Obijciunt tertio. Possit Deus constituere unum hominem purum, qui meretur gratiam pro omnibus hominibus; ergo pariter potest constituere unum hominem purum, illumque tanta gratia ornare, ut pro omnibus ad aequalitatem satisfacet. Conc. prob. Non enim plus requiritur ad satisfaciendum pro aliorum culpis, quam ad merendum illis gratiam, & remissionem peccati, quia sicut meretur obligat Deum ex iustitia Deum ad remittendum debitum.

XXV. Respondetur primo, dist. ant. Qui meretur gratiam absolute, transeat ant. Gratiam, ut remissionem peccati, nego ant. Gratia duo habet. Unum per se, quod est satisfacere, reddere gratum Deo, & dare vires ad agendum in ordine supernaturali. Aliud per accidens, & hoc est, expellere peccatum, si illud inveniat in subiecto, propter impossibilitatem, quam habet cum illo: quod regulariter contingit. Possit ergo constitui a Deo purus homo, qui meretur alteri primam gratiam absolute sumptam, id est, satisfaciendam, non vero ut remissionem peccati: ad hoc enim requireretur,

quod meritum illius hominis puri esset tanti valoris, non solum quantum est ipsa gratia, sed etiam quanta gravitatis est offensa; ad quod, ex dictis, meritum puri hominis pertinere nequit.

Respondetur secundo, dato antec. neg. conseq. Plus enim requiritur ad condigne sciendum, quam ad condigne merendum; ad illud enim requiritur aequalitas dignitatis inter personam satisfaciendam, & personam offensam, ut dictum est. Ad illud enim sufficit aequalitas operis, quomvis persona merens sit inferioris dignitatis. Imo, regulariter loquendo, requiritur in persona merente subiecto, & inferioritas cum moralis proportionate inter meritum, & praemium; quod proportio invenitur inter meritum illius puri hominis, & praemium in actu. Sic Deus strenuus potest quidem adu aliquo heretico promereri gratiam reo laese majestatis: at injuria regiae Majestatis illarum de condigno compensare, & reparare non potest.

Respondetur tertio, nego absolute ant. Nam potest quidem Deus constituere hominem purum, qui meretur alius hominibus gratiam de congruo; non vero de condigno. Et hoc assero cum S. Thoma 1. 2. q. 114. ar. 6. ubi dicit: *Merito condigni nullus potest mereri alteri primam gratiam, nisi solus Christus. Quia nusquam nisi per meritum movetur a Deo per donum gratis, ut ipse ad vitam aeternam perveniat. Sed anima Christi movetur a Deo per gratiam, non solum, ut ipse per meritum ad gloriam vitam aeternam; sed etiam, ut alio in eam adducatur, in quantum est Caput Ecclesiae.* Sed quia haec S. Thome doctrina probat quidem de facto, & in presenti rerum ordine, in quo nemo, praeter Christum, movetur, ut alios ad gloriam adducat; non tamen in alio rerum ordine, quo alii puro homini, tanquam Capiti, daretur motus, nedum, ut ipse ad gloriam perveniret; sed etiam, ut alios ad gloriam adduceret, quod Scotus voluit: ideo duabus prioribus responsionibus standum esse iudico.

XXVI. Obijciunt quarto. Potest homo purus, in gratia constitutus, per sua opera satisfacere de condigno pro peccatis peccatorum, non solum sui, sed etiam aliorum: & est articulus fidei de Communionem Sanctorum; ergo poterit etiam satisfacere de condigno pro culpa.

XXVII. Respondetur, verum esse antecedens de poena temporalis, non vero de poena aeterna. Quia debitum poena temporalis supponit jam culpam remissam; debitum vero poena aeterna supponit culpam nondum remissam: pro eo autem, qui est in peccato mortali nondum remisso quoad culpam, non potest purus homo condigne satisfacere. Imo nec satisfactio pro poena temporalis fieri potest ab homine puro, nisi praesuppositis meritis Incarnationis. Neque vero (verba sunt Tridentini sess. 14. cap. 8.) *ita nobis est satisfactio hac, quam pro peccatis nostris exolvimus, ut non sit per Christum Jesum. Nam qui ex nobis, tanquam ex nobis, nihil possumus, et cooperante, qui nos conservat, omnia possumus.*

XXVIII. Obijciunt quinto. Patres saepius asserunt, mortem Christi non fuisse necessariam ad condignam satisfactionem; ergo neque Incarnationem.

Respondetur, conc. ant. neg. conseq. Cum enim quodcumque opus factum a Christo fuerit precit infiniti, quia a Persona infinita digna procedens; fuisse pretium sufficiens, & aequale gravitati offense: unde mors illius non fuit necessaria ad redemptionem, nisi quod hanc, & non alia sua opera voluit ad consummatam hominis redemptionem ordinare. Unde solum mortens dixit, Joan. 19. ver. 30. *Consummatum est.* At si Incarnatio defuisset, nullum opus tanta dignitatis fuisset, quod posset gravitatem offense aequali valore compensare.

XXIX. Obijciunt sexto. Purus homo potest ad aequalitatem satisfacere pro offensa gravitatis finitae: sed offensa Deo illata est gravitatis finitae; ergo &c. Major videtur certa. Quia potest homo purus. Deo gratia abundanter adjuvatus, facere actum amoris perfectionem, & perfectionem in infinitum; ergo poterit tandem satisfactionem elicere, quae sit aequalis perfectionis, & valoris cum gravitate finitae offense: omne enim finitum per majus, & majus augmentum potest pertinere ad quantitatem alterius finitae, quomvis magis.

Confirmatur, Tum quia: potest Deus perigisse sedes cum Adamo, ut si non peccaret, sed mereretur augmentum iustitiae, talem iustitiam cum suo augmento traduceret in possessionem; ergo similiter potest constituere alium purum hominem, qui per opera sua meritoria transferret iustitiam in alios, ut a peccato munderetur, & sic pro illis satisfaceret de condigno. In hoc enim nulla est repugnantia, postea acceptioe divina, & offensa gravitatis intrinsecae finitae, & solum infinitae extrinsecae; hoc enim modo infinita essent opera charitatis illius puri hominis.

XXX. Min. vero probatur primo. Quia offensa fundatur in cognitione, conatu, & malitia: ad cognitionem peccatoris finitae est, conatus finitus; & malitia quoque finitae est: quia haec vel consistit in conversione ad obiectum dissonum; & haec finitae est; sicut conversio ad obiectum consonum finitae est; vel consistit in privatione rectitudinis; & haec pariter finitae est, sicut relictio, quae privat, est finitae.

Secundo. Unum peccatum potest esse majus altero in ratione offense. Non enim omnia peccata sunt paria gravitatis, ut ostenduntur est, Tom. 1. in 1. 2. Traict. de Peccat. Qu. 4. Dub. 3. §. 2. contra Stoicos, & Jovinianum. Magis enim offenditur Deus per actum expresse contumeliam, quam per actum furti; sicut magis offenditur Rex, si percutitur iuste, quam si conviciis laceatur: sed infinito non potest dari majus, ergo &c.

Tertio. Peccatum veniale est offensa Dei: sed peccatum veniale non est offensa infinita; ergo neque mortale.

XXXI. Huic objectioni satisfacere possumus in duplici sententia,

ten-

tentia, supra expostis, utraque probabili. In sententia ergo alterente, peccatum mortale in ratione offense esse simpliciter, & intrinsece infinitum, respondeo, neg. min. Ad primam probationem dico, quod licet offensa activa fundatur, & correspondet cognitioni, conatu, & malitiae; & ex hoc parte finitae sit; offensa tamen passive accepta unum fundatur, utnamque accipit indignitatem, & gravitatem ex dignitate Dei, quam violat: quae respectu ejus non est purum obiectum, sed subiectum, & forma gravificans. Cumque privato semper tanta sit, quanta est forma, quae privat, & dignitas Dei sit infinita; offensa etiam, quae quantum ad actum, privat Deum dignitate ultimi finis, eumque inhonorat, & deprimit, dum vili creaturae postponit, erit infinita.

XXXII. Dices. Sicut peccatum private affective Deum suo honore in actus amoris Deo reddit suum honorem: sed actus Deo affective redditus Deo honorem, est infinitum, non licet illi propter in dignitate inhonori; ergo actus privans affective Deum suo honore, est infinitus, non erit propterea infinitus.

Neg. conf. & paritate. Cum enim iuxta commune axiomam, honor sit in honorate, & offensa in persona offensa, sequitur, quod subiectum honoris, quod redditur Deo a creatura, sit ipsa creatura; ipse vero Deus honoratus sit solum terminus extrinsecus honoris: subiectum vero morale offensa factae Deo sit ipse Deus. Cumque creatura, quae est subiectum, & forma dignificans honorem, sit finitae dignitatis; sit, ut honor ab ea exhibitus Deo sit finitae dignitatis; cumque contra Deum, qui non solum est terminus extrinsecus offensa, sed est subiectum morale illius, & forma gravificans offensa, sit dignitatis infinitae; sit, ut gravificet offensa ad mensuram suae dignitatis, & consequenter infinitae. Ad hoc: quod actus amoris subijcit creaturam Deo, quod proprium est creaturae finitae, & finitae modo sit. At in peccato deprimit Deum, & subijcit creaturam: quae cum infinite distet ab illo, ideo talis depressio est infinita, siquae infinita etiam erit offensa.

XXXIII. Ad secundam prob. dupliciter respondeo. Primo, dist. min. Infinito non potest dari majus, formaliter, & in ratione infiniti, conc. min. Materialiter, seu ex parte materiae, neg. min. Sicut si daretur infinita multitudo hominum, magis infinita foret multitudo capillorum, non formaliter in ratione infiniti, quia in ratione formali infiniti, quod est non habere finem, utraque multitudo esset aequalis; sed solum ex parte materiae: supra quam ratio infinitatis applicatur. Ita omnia peccata mortalia, in ratione formali offense infinitae, aequalia sunt, nec unum est majus altero; ex parte tamen materiae, supra quam cadit haec infinitas, nempe, majores, vel minores affectiones, potest unum esse gravius altero.

Respondetur secundo. Quod in offensa postumus considerare duo, nempe, substantiam offensae, & modum offensae. Substantia offensae consistit in deprelione divinae majestatis, & dignitatis; & haec aequalis est in omnibus peccatis mortalibus: ideoque omnibus correspondet aequalis poena, scilicet aeterna. Modus tamen, quo Deus offenditur, cum perferat ex majore malitia peccatoris, finitus est; & secundum hoc offensa non est infinita, modo minus gravis. Et ratione hujus, est omnia peccata mortalia peccantur poena aeterna, aliqua tamen peccantur poena gravius, quam alia.

XXXIV. Ad tertiam dico, quod peccatum veniale est offensa Dei, non ledens ipsum in ratione ultimi finis, nec auferens ab eo gloriam intrinsecam; sed solum diminuens gloriam ejus extrinsecam: quae cum infinita non sit, nil mirum si offensa venialis non sit infinita. Unde subiectum illius est quidem Deus, sed lesus tantum in extrinseco; ideoque non gravificans infinite offensam. Haec dicta sunt in gratiam sententiae tribuentis culpae mortali gravitatem infinitam.

XXXV. In sententia vero tribuente peccato mortali gravitatem solum finitam respondeo, neg. maj. loquendo de offensa facta Deo. Ad ejus autem probationem dico, omne finitum pertinere posse ad quantitatem alterius finitae, quando sunt ejusdem ordinis, & rationis, non vero quando sunt diversae rationis, & ordinis. Solutio est S. Th. qui 2. 2. q. 94. a. 7. ad 3. hoc modo salvat, quod charitas hominis vultoris, quantumcumque crescat, non possit pertinere ad charitatem, quam homo habet in Patria. Cum enim sibi obijceret: *Omnis finitum, per continuationem augmentum, potest pertinere ad quantitatem alterius finitae, quomvis non minus majoris;* respondet: *Ad tertium dicendum, quod ratio illa procedit in his, quae habent quantitatem ejusdem rationis, non autem ex his, quae habent diversam rationem quantitatis; sicut linea, quantumcumque crescat, non aequatur quantitati obiectivae, quae est ratio, quae habet quantitatem diversam a ratione; sicut linea, quantumcumque crescat, non aequatur quantitati obiectivae, quae est ratio, quae habet quantitatem diversam a ratione.*

Porro; satisfactio pure creaturae non solum est diversae rationis ab offensa Deo illata, est finitae sit; verum etiam diversi, & inferioris ordinis. Ut enim vidimus, offensa se tenet ex parte personae offense; & ex dignitate illius, si non arithmetice, saltem geometrico pensatur offensa gravitas: satisfactio autem se tenet ex parte personae satisfaciendae, & ex hujus dignitate manifestatur ejus valor. Quis autem necesse, dignitatem puri hominis esse diversi, ac inferioris ordinis ad dignitatem majestatis divinae? Ergo quomvis offensa Dei finitae sit, non est adaequabilis per satisfactionem puri hominis. Hinc

XXXVI. Ad Confirmationem dist. conf. Transferret per opera sua meritoria, tanquam per pretium ab intrinseco sufficiens, & aequale, neg. conf. Sufficiens ab extrinseco, & ex acceptatione divina, conc. conf. Ita S. Th. 3. p. q. 2. a. 2. ad 2. Non potest purus homo exhibere Deo satisfactionem,

Goss. Theol. Tom. III.

quae sit condigna, per quandam adaequationem ad recompensationem culpe commissae; quia est solum extrinsece gravitatis infinitae, est tamen solum extrinsece superior ad quantumcumque satisfactioem pure creaturae. Potest tamen exhibere satisfactionem, quae licet ex se imperfecta sit, & insufficiens; secundum tamen acceptationem ejus, qui ea contentus est, quomvis non sit condigna, sufficiens sit. Et hoc modo satisfactio puri hominis a Deo constituit, ut esse Caput ad transferendam in alios, satisfaceret; quia est super natura inferior ad gravitatem offensae, divina tamen acceptatione praerogata, ab ea efficaciam acciperet, sicut modo satisfactio nostra efficaciam habet a satisfactione Christi.

XXXVII. Dices. Possit Deus illi homini tantam gratiam largiri, quantum B. Virgo, & omnes Sancti habent: ut ille homo feceret opera tantae valoris, quanti sunt B. Virginis, ac omnium Sanctorum merita; sed haec possunt esse condigna satisfactio pro offensa mortali, maxime si non ponatur intrinsece infinita; & tantum possunt ei placere, quantum ei displicet respondere; ergo &c.

XXXVIII. Respondetur, neg. min. Boni enim opera B. Virginis, omniumque Sanctorum, est per totam aeternitatem multiplicata, etiam collective sumpta, non possunt esse coram Deo tanta estimabilitatis, quante coram ipso est gravitatis unum peccatum mortale; quomvis in genere offense simpliciter finitum. Et ratio est. Quia peccatum licet in genere offense finitum, est tamen semper lesio Dei, & lesio juris divini; & proinde gravitatis in ordine superiori ad quantumcumque pure creaturae compensationem: unde nequit tantum placere Deo omnium creaturarum, etiam collective sumptarum, perpetuus cultus, & honoratio, quantum ei displicet vel una offensa sua. Quod in humanis etiam explicari potest. Nam si aliquis rusticus offendat Regem, & in satisfactionem offensa Regina ipsa, Principes, & Proceres Regni exhibent ei totum honorem, quem possunt, plus displicebit Regi injuria, quam a rustico passus est, quam ipsi placeat honor Regni, & omnium Nobilium Regni: quia hunc honorem meretur dignitas regia; sed horrendum est, quod vills rusticus contumacia ea insultare audeat. Unde, ut habetur, *Psalm. 35.* plus displicet Amari, solum Marchochem nolle se adosare, quam ei placeret, sibi ab omnibus Regni Principibus talem honorem exhiberi.

XXXIX. Sed contra dicta instabis. Peccatum in Deum habet malitiam mortalem superioris ordinis ad peccatum in proximum; & tamen plura peccata in proximum, v. g. adultoria possunt aequivalere mortaliter uni peccato in Deum, puta, odio Dei, & habere aequalitatem poenam; ergo &c. Similiter plures actus temperantiae, licet sint in ordine inferiori ad charitatem, possunt aequivalere uni actui charitatis; ergo &c.

Respondetur, quod adulterium, & odium Dei, licet habeant diversam malitiam specificam, sunt tamen ejusdem ordinis; quia ambo sunt contra Deum, & ipsum depriment ad creaturam. Plures autem actus temperantiae non possunt aequivalere unum actum charitatis, nisi quatenus informantur gratia, quae ratione sunt ejusdem ordinis cum charitate.

S. VI.

Quid sit satisfactio pro peccato veniali.

XL. AN purus homo satisfacere possit de condigno pro peccato veniali, praecipis meritis Christi, apud Theologos non est ita exploratum. Quidam enim contendunt; nec pro peccato veniali adhuc minimo posse hominem, est iustum, condigne satisfacere: moti eisdem rationibus, quibus supra de peccato mortali. Primo. Ex inaequalitate, quae est inter creaturam satisfaciendam, & personam divinam offensam. Creatura enim est in infinitum inferior Deo, imo nullius dignitatis coram illo. Sicut ergo hominico vitae, si honorem, & obsequium Regi exhibeat, nullius prope momenti prope est; e contra vero quod Regem vel leviter inhonorat, tantum momenti est, ut per seipsum non possit aequare Deum. Secundo. Peccatum veniale licet sit offensa Dei levis, est tamen vere, & proprie offensa Dei; & ite non auferat a Deo rationem ultimi finis habita, impedit tamen actum extensionem Dei, ut illius finis, ad illum actum: quod est illius injuria Deo, qui habet jus, ut non solum sit habitus, sed etiam actu ultimus finis omnium posterorum actuum.

XL. Alii vero sentiunt: purum hominem iustum posse aequaliter pro peccato veniali satisfacere; quia hoc non ledit Deum in intrinseco, sed tantum in extrinseco extensione ad illum actum: ideoque cum Deus non sit lesus in predicato infinito, non adeo gravificat culpam venientem, ut excedat omnem creatam satisfactionem. Uterius: Actus charitatis, vel contritionis magis placet Deo, quam ei displicet culpa venialis. Nam in actu charitatis major est bonitas, quam sic malitia in culpa veniali: actus enim Charitatis hominem convertit ad Deum, culpa autem venialis hominem a Deo non avertit; & major est vis actus charitatis ad merendum, quam sit culpa venialis ad demerendum: illi enim debetur praemium aeternum, illi autem poena tantum temporalis. Sicut ergo purus homo satisfacere potest pro poena temporalis, cur non poterit satisfacere pro culpa, cui poena tantum temporalis debetur? Uteriusque opinionis momenta subijcimus. Eligat Studiosus ex his eam, quae sibi magis placeat; utraque enim probabilis est.

B 3

D 6